I. ŘÍMŠTÍ GRAMATIKOVÉ

Quintilianus, INSTITVTIO ORATORIA (12, 10)

XL. Adhuc quidam nullam esse naturalem putant eloquentiam nisi quae sit cotidiano sermoni simillima, quo cum amicis coniugibus liberis servis loquamur [...].

XLIII. [...] Nam mihi aliam quandam videtur habere naturam sermo vulgaris, aliam viri eloquentis oratio.

Cicero, AD FAMILIARES (XXI)

Verumtamen quid tibi ego videor in epistulis? nonne plebeio sermone agere tecum? nec enim semper eodem modo; quid enim simile habet epistula aut iudicio aut contioni? [...] causas [...] agimus [...] ornatius; epistulas vero quotidianis verbis texere solemus.

Quintilianus, INSTITVTIO ORATORIA (1, 6)

XIX. Sed Augustus quoque in epistulis ad C. Caesarem scriptis emendat, quod is *calidum* dicere quam *caldum* malit, non quia id non sit Latinum, sed quia sit odiosum.

Festus Sextus Pompeius, résumé k: Verrius Flaccus, DE VERBORUM SIGNIFICATIONE

Ausculari dicebant antiqui pro *osculari* quod est os cum ore conferre.

Velius Longus, DE ORTHOGRAPHIA

Ingredienti mihi rationem scribendi occurrit statim ita quosdam censuisse esse scribendum, ut loquimur et audimus, nam ita sane se habet non numquam forma enuntiandi, ut litterae in ipsa scriptione positae non audiantur enuntiatae. Sic enim cum dicitur *illum ego* et *omnium optimum*, *illum* et *optimum* aeque *m* terminat, nec tamen in enuntiatione apparet.

Flavius Caper, ORTHOGRAPHIA

„Haec via *quo* ducit?“ dicemus, non *ubi*.

Suffragor, non *suffrago*, sic *suffragatus sum*, non *suffragaui*.

Mihi dativus est, *mi* vocativus.

Pinnas murorum, *pennas* avium.

Felix non *filix* dicere debemus.

Polenta non *pulenta* dicendum est.

Vado *ad* grammaticum vel *ad* medicum, disco *apud* istos dicendum.

Oblitus ne sis *nostri*, non *nos* [...].

Pulchrum cum *h* scrivendum [...].

Illud scamnum dicendum, at *ipsum*, non *ipsud.*

Pauper vir et mulier dicendum, non *paupera mulier*.

Formosus sine *n* scribendum est.

Quintus Papirianus, DE ORTHOGRAPHIA

Formosus sine *n* secunda syllaba scribendum est, ut *arenosus*, *frondosus*, *aquosus*, *herbosus*, participia vero habent *n*, ut *tonsus*, *tunsus*, *mensus*, *pensus*.

Consentius, ARS DE BARBARISMIS ET METAPLASMIS

Nam ecce qui dicat nominativo casu *fontis* cum debuerit *fons* dicere, una orationis parte peccaverit; sic enim peccavit, quo modo si *fontem* feminino genere dixisset.

[...] *magis maxime* pro conparativo et superlativo, *minus* et *minime* pro diminutione ponuntur.

II. NÁPISY

NÁHROBEK BRATŘÍ SCIPIONŮ

Honc oino ploirume cosentiont Romai
duonoro optumo fuise viro
Luciom Scipione. Filios Barbati
consol censor aidilis hic fuet apud vos,
hec cepit Corsica Aleriaque urbe,
dedet Tempestatebus aide meretod.

NÁPISY Z POMPEJÍ

Puteolanis felicia, omnibus Nucerinis felicia et uncu/m/ Pompeianis Petecusanis.

Optume Maxime Iupiter, dominus omnipotes! Acratus servo nequa!

Myrtile, habias propitium Caesare!

Omnia formonsis cupio donare puellis, set mihi de populo nulla puella placet.

Quisquis ama, valia, peria qui nosci amare;
Bis tanti peria, quisquis amare vota.

Da fridam pusillum.

Admiror, pariens, te non cecidisse ruinis,
Qui tot scriptorum taedia sustineas.

KŘESŤANSKÉ NÁPISY

Fuit mihi natibitas Romana. Nomen si queris, Iulia Bocata so, que uixi munda cum byro meo Florentio, cui demisi tres filios superstetes.

Florentia pia bona crestiana. Dulcissimae coiugi ego Maius feci. Que uixit mecum sene nula querela seper.

Ic requiescit in pace domna Bonosa [...] et domno Menna [...], abeat anatema a Iuda si quis alterum omine super me posueri [...].

Florentius, famulus Dei, uixit annos septuazinta et cinqu. Requiebit in pace.

III. TEXTY

Petronius, CENA TRIMALCHIONIS (SATYRICON 46.1.)

„Videris mihi, Agamemnon, dicere: ‚Quid iste argutat molestus!?‘ – Quia tu, qui potes loquere, non loquis! Non es nostrae fasciae et ideo pauperorum verba derides. Scimus te prae litteras fatuum esse. Quid ergo est? Aliqua die te persuadeam, ut ad villam venias et videas casulas nostras: inveniemus quod manducemus: pullum, ova. Belle erit [...].“

PUTOVÁNÍ EGEŘINO (II.1)

Vallis autem ipsa ingens est valde, iacens subter latus montis Dei, quae habet forsitan, quantum possumus videntes estimare aut ipsi dicebant, in longo milia passos forsitan sedecim [...]. Ipsam ergo vallem nos traversare habebamus, ut possimus montem ingredi.

Apicius, DE RE COQUINARIA (VII, III)

FICATUM ALITER: Ficatum praecidis ad cannam, infundis in liquamine, teres piper, ligusticum, bacas lauri duas, involves in omento et in craticula assas et inferes.

MULOMEDICINA CHIRONIS (III.II.158-159)

Si iumentum [...] suffusionem in pedibus habuerit [...] pocionem dato hanc: si gems fuerit, calda fomentato, state autem frigida. Si tardius rectus factus fuerit, furfurem et resinam [...] in ungulis depones [...] aliquotiens diurnum, donec rectus ambulet.

Anthimus, DE OBSERVATIONE CIBORUM (14)

De crudo vero laredo, quod solent, ut audio, domni Franci commedere, miror satis, quis illis ostendit talem medicinam, ut non opus habeant alias medicinas, qui sic crudum illut manducant, quia beneficium grandem et pro antidotus sanitatem illis praestat.

AFRA, ITALA, VULGATA (LVC., IV, 24-27)

AFRA: Ille autem dixit illis: “Amen dico uobis, quia multae uiduae fuerunt in diebus Heliae in Isdrahel, quando conclusum est caelum annis tribus et mensibus sex, quomodo facta est famis in omnem terram; et ad nullam illarum missus est Elias [...]. Et multi leprosi erant in Isdrahel tempore Eliae profetae; et nemo ex eis emundatus est, nisi Neman Syrus.”

ITALA: Ait autem Jesus: “Amen dico uobis, quod [...] multae uiduae fuerunt in diebus Heliae in Istrahel, quando clusum est caelum annis tribus et mensibus sex, cum facta est famis magna in omni terra; et ad nullam illarum missus est Helias [...]. Et multi leprosi erant in Istrahel sub Heliseo propheta; et nemo eorum mundatus est, nisi Neman Syrus.”

VULGATA: Ait autem: “Amen dico uobis, quia [...] multae uiduae erant in diebus Heliae in Israhel, quando clausum est caelum annis tribus et mensibus sex, cum facta est fames magna in omni terra; et ad nullam illarum missus est Helias [...]. Et multi leprosi erant in Israhel sub Helisaeo propheta: et nemo eorum mundatus est, nisi Neman Syrus.”

LEX SALICA (XCIII)

De terra uero Salica nulla in muliere hereditates transiat porcio, se ad virili sexus tota terra proprietatis sue posediat.

VERONSKÁ HÁDANKA

Se pareba boves,
albo versorio teneba,
alba pratalia araba,
negro semen seminaba.

APPENDIX PROBI

3:	speculum	non	*speclum*
4:	masculus	non	*masclus*
5:	uetulus	non	*ueclus*
6:	uitulus	non	*uiclus*
8:	a/o/rticulus	non	*a/o/rticlus*
17:	Marsias	non	*Marsuas*
19:	Hercules	non	*Herculens*
20:	columna	non	*colomna*
25:	formica	non	*furmica*
29:	auus	non	*aus*
30:	miles	non	*milex*
37:	equus	non	*ecus*
41:	acre	non	*acrum*
42:	pauper mulier	non	*paupera mulier*
53:	calida	non	*calda*
54:	frigida	non	*fricda*
55:	uinea	non	*uinia*
56:	tristis	non	*tristus*
62:	ostium	non	*osteum*
63:	flauus	non	*flaus*
75:	formosus	non	*formo/u/nsus*
76:	ansa	non	*asa*
77:	flagellum	non	*fragellum*
79:	digitus	non	*dicitus*
80:	solea	non	*solia*
82:	iecur	non	*iocur*
83:	auris	non	*oricla*
88:	facies	non	*fac/i/s*
94:	supellex	non	*superlex*
97:	uulpes	non	*uulpis*
103:	fames	non	*famis*
108:	proles	non	*prolis*
110:	oculus	non	*oclus*
120:	vir	non	*vyr*
123:	occasio	non	*occansio*
127:	terebra	non	*telebra*
133:	fax	non	*facla*
138:	teter	non	*tetrus*
140:	amygdala	non	*amiddula*
141:	fasseolus	non	*fassiolus*
148:	persica	non	*pessica*
152:	/tensa/	non	*/t/esa*
154:	auctoritas	non	*autoritas*
156(?):	ipse	non	*ipsus*
157(?):	linteum	non	*lintium*
159:	terraemotus	non	*terrimotium*
169:	nurus	non	*nura*
170:	socrus	non	*socra*
171:	neptis	non	*nepticla*
172:	anus	non	*anu/i/cla*
174:	riuus	non	*rius*
176:	pauor	non	*paor*
179:	sibilus	non	*sifilus*
180(?):	frustrum	non	*frustum*
183:	plebs	non	*pleps*
191:	tymum	non	*tumum*
206:	orilegium	non	*orologium*
208:	februarius	non	*febrarius*
214:	grundio	non	*grunnio*
217:	passim	non	*passi*
219:	numquam	non	*numqua*
220:	nobiscum	non	*noscum*
224:	olim	non	*oli*
227:	amfora	non	*ampora*

REICHENAUSKÉ GLOSY

binas	*duas et duas*
pulcra	*bella*
ingrederetur	*intraretur*
quaeso	*preco*
feruore	*ardore, calore*
adferam	*adportam*
optimum	*ualde bonum*
semel	*una uice*
anus	*uetulae*
tulisti	*accepisti*
ait	*dixit*
iacere	*iactare*
statuit	*stare fecit*
ius	*legem vel potestatem*
quin	*ut non*
ager	*campus*
cuncti	*omnes*
orta	*nata*
umo	*terra*
dem	*donem*
cerno	*uedeo*
liberos	*infantes*
detulit	*adportauit*
emit	*comparauit*
reus	*culpabilis*
flare	*suflare*
biennium est	*duo anni sunt*
micare	*splendescere*
aras	*altaria*
flaueos	*rubeos, candidos*
ulciscere	*uindicare*
ictus	*colpus*
ob metum	*propter timorem*
iecore	*ficato*
inermes	*sine arma*
rerum	*causarum*
peperit	*infantem habuit*
pueros	*infantes*
ostendit	*monstrauit*
munus	*donum*
reconciliare	*repacare*
nosse	*scire*
oriri	*nasci*
canere	*cantare*
induere	*uestire*
arenam	*sabulonem*
si vis	*si uoles*
fletus	*planctus*
vorax	*manducator*
potator	*bibator*
ita	*sic*
hedunt	*manducant*
tego	*cooperio*
egimus	*fecimus*
femur	*coxa uel a renibus usque ad genua*
atram	*nigram*
caseum	*formaticum*
galea	*helmus*
is	*ille*

KASSELSKÉ GLOSY

homo	*man*	costis	*rippi*
caput	*haupit*	cauallus	*hros*
oculos	*augun*	boues	*ohsun*
aures	*aorun*	uaccas	*choi*
coxa	*deoh*	pecora	*skaaf*
nares	*nasa*	agnelli	*lempir*
iunuclu	*chniu*	porci	*suuinir*
dentes	*zendi*	troia	*suu*
pedes	*foozi*	scrua	*suu*
timporibus	*chinnapahun*	callus	*hano*
uncla	*nagal*	galina	*hanin*
mantun	*chinni*	casa	*hus*
pectus	*prust*	martel	*hamar*
maxillas	*chinnpein*	mallei	*slaga, hamar*
brachia	*arm*	unde estu	*uuanna pistdu*
collo	*hals*	dequale patria	*fon uueliheru lant*
manus	*hant*		*skeffi*
digiti	*fingra*	stulti sunt	*tole sint*
polix	*dumo*	romani	*uualha*
ordigas	*zaehun*	sapienti sunt	*spahe sint*
tundi meo capilli	*skir min fahs*	paioari	*peigira*
radi meo colli	*skir minan hals*	modica est	*luzic ist*
radi meo parba	*skir minan part*	sapienti[a]	*spahe*
mutus	*tumper*	in romana	*uualhum*
albios oculos	*staraplinter*	plus habent	*mera hapent*
figido	*lepara*	stultitia	*tolaheiti*
pulmone	*lungunne*	quam sapientia	*denne spahi*
latera	*sitte*		

GLOSY EMILIÁNSKÉ

quidam	*qui en fot*
repente	*lueco*
indica	*amuestra*
pauperibus reddet	*qui dat alosmisqinos*
[non] odio habet	*nonaborrescet*
adtentius	*buena mientre*
alicotiens	*alquandas beces*
et tu ibis	*etuiras*
asperius	*plusaspero mas*

GLOSY SILÓSKÉ

ceteris	*conosaltros*
pudoris	*de la uergoina*
fuerit lapsus	*kadutu fuere*
ad rectum	*alazierta*
hii	*estos*
habeat	*aiat*
esse	*sedere*
eos	*akelos*
ferre	*levare*